ria de spiritu sancto generauerit christum et ioseph a generatione domini
uideatur alienus dubitare possemus, nisi consuetudo nos instrue
ret scripturarum quae semper uiri originem quaerit. Sic enim habes. Fa
res fuit filius iuda principis [al. princeps] tribus. hic generauit esrom. et es
rom generauit aram. et aram genuit aminadab. Et aminadab
generauit naason. et naason generauit salmon. Et salmon
generauit booz. et booz generauit obeth. Et obeth generauit
iesse. et iesse generauit dauid. Viri enim persona quaeritur. qui et in sena
tu et reliquis curiis ciuitatum generis asserit dignitatem. Quam de
forme autem si relicta uiri origine origo feminae quaereretur.
ut uideretur patrem non habuisse ille totius mundi populis praedican
dus. Sed et alibi diuerso ordine generationem doceam esse de
cursam. ne hic quoque euangelistae discrepare uideantur. qui ueterem ordi
nem sunt secuti. Sic enim habes. Fuit homo exarathem. et nomen eius hel
chana. filius ieremihel. filii heli. filii obi. Uides et a patribus ad fili
os. et a filiis ad patres originis descriptionem ueteri more contex
tam. uides ubique familiam patrum generationes esse decursam. No
li mirari si matheus ab abraham usque ad ioseph. lucas a ioseph
usque ad adam et deum. generationum ordinem percucurrit. Noli mi
rari quod ioseph origo descripta est. Etenim secundum carnem natus. u
sum debuit sequi carnis. et qui in saeculum uenit. saeculi debuit more de
scribi. maxime cum in ioseph origine et origo sit mariae. Nam
cum uir iustus fuerit ioseph. utique ex tribu sua et ex patria su
a accepit uxorem. nec potuit iustus facere contra id quod lege prae
scriptum est. Sic enim habes. Quia unusquisque in hereditate tribus suae
patriae adherebunt filii israel. nec de tribu ad tribum transibunt.
et omnis filia quae habet hereditatem tribuum filiorum israel. uni ex populo
ex tribu patris sui erit uxor. Itaque et census tempore ascen
dit ioseph de domo et de patria dauid. ut profiteretur cum maria
uxore sua. Quae ex eadem domo et ex eadem patria professione

License: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 166(413), p. 70 – Ambrosius ‹Mediolanensis›, Expositio Evangelii secundum Lucam (http://www.e-codices.ch/fr/sbe/0166/70)